

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)

Tab.
XXX.

aqua, hinc inde per fauces apro-
rum effluente, repletum, supra
caput gestat. Accurrunt un-
dique varix ætatis homines, cum
diversi generis vasibus, aquam
partim excipientes, exceptam-
que bibentes, partim ex dicta
patera haurientes. Adstat in-
ter eos vir pallio indutus, cru-
cem gestans. Additur epigraphæ:
VIRTUS NVNQ: *nam* DEFICIT.

Cum *Angliæ Regem*, ac *Prin-
cipem Hispaniæ* se in hoc num-
mo appellet PHILIPPUS: sequi-
tur, ut is intra annum 1554. &
1556. id quod ex observatione,
ad num. III. facta, facile erui-
tur, cufus sit, & quidem ve-
rissimiliter anno 1555. ob infi-
gnem planeque Regiam munifi-
centiam atque liberalitatem;
qua PHILIPPUS, post acceptum
a Belgii Ordinibus homagium,
octo primæ, inferiorisque no-
bilitatis viros, in exercitu eius
militantes, non solum amplissi-
mis muneribus annuisque pro-
ventibus, eximie auxit, sed &
insuper donativum ducentorum
quingenta novem millium
aureorum inter eos distribuit.
Octo sane figuræ in nummo
nostro conspiciuntur, iique
varix ætatis, pro variis nempe
dignitatum gradibus, quibus il-
li inter se discriminabantur. Et,
si quid iudico, vir ille senex,
crucem gestans, ipsum Princi-
pem Arausiensem designat, qui
hac occasione, præter cæteras
immodicas largitiones, admini-
strationem Episcopatus Ultraie-
ctini, qui cruce, utpote Epi-
scopatuum tessera, denotari
videtur, obtinuit (a). *M. Imp. æ.*

(a) Vid. LETI loc. cit. P. I. liv. X. p. 527.

X.

PHILIPPVS. REX. PRINC. *eps*
HISP. *aniarum* ÆT. *atis* s. *ua*
AN. *no* XXVIII. In imo nota chro-
nologica 1555. impressa est.
Protome Regis armata, capite
nudo, sinistrorsum respiciente.

PHILIP-
PUS II.
HISPA-
NIARUM
Rex.
a

Phœbus quadrigas suas circa
orbem terrarum agens, addito
lemmate: IAM. ILLUSTRABIT.
OMNIA. En! novum fiducia,
in novo Principe positæ, no-
vum Belgarum gaudii moni-
mentum! Nunc soli ipsum
comparant, a quo, ut omnia
recreantur, illustrantur, & vi-
tam quasi ac animam accipiunt;
ita hæc pari modo in PHILIPPO
futura esse sperant. Hoc num-
mi verum argumentum esse, ad-
scriptus annus probat. Cæterum
eadem solis figura in nummis an-
tiquis, MAXIMINI *Daza*, DIO-
CLETIANI & aliorum comparet;
qui proinde huic nostro occasio-
nem dedisse videntur. *V. L. p. 4.*

XI.

Area adversa omnino similis
præcedenti. Tab.
XXXI.

Aversa effigiem *MARIÆ An-
glicæ* exhibet, PHILIPPI uxoris,
more illius temporis ornata,
cum hac perigraphæ: *MARIA. I.*
REG. ina ANGL. ie FRANC. ie ET.
HIB. ernie FIDEI. DEFENSATRIX.

Est hic nummus PHILIPPI
& *MARIÆ* iconicus, eodem an-
no 1555. ut ex parte adversa,
ubi PHILIPPUS annorum XXVIII.
scribitur, colligere licet, per-
cussus; & quidem in Belgio,
ut videtur, cum pars antica ex
eadem *matrice*, quam vocant,
ex qua præcedens, haud dubie
cufus, prodierit. Belgæ nimi-
rum,

PHILIPPUS II.
HISPANIARUM
REX.

rum, quo magis PHILIPPO lætitiā suam testatam redderent, honori quoque uxoris, quæ ipsi anno priori nupserat, dandum aliquem nummum censuerunt, qui fidei ipsorum, & obedientiæ pignus esset. *Id. l. c.*

XII.

PHILIPPVS II. D. *ei G. ratia* HISPANIAR. *um* REX. Protome Regis armata, fere ut num. II. hic vero orbis, ab HERÆO, pro more suo, additos, observare licet.

Aversa caret perigraphe; sed facile agnoscitur, ex aliis nummis, effigies MARIE *Anglicæ. M. Imp. ar. pond. semiunc. sesqui drach. absque postica. S. T. H.*

XIII.

PHILIPVS. II. D. *ei G. ratia* REX. HISPANIAR. *um*. Protome Regis armata & insigni ordinis aurei velleris conspicua.

In aversa HERCULES, pelle Leonis Nemæi amictus, spheram cœlestem humeris gestans, adiecta perigraphe: VT QUIESCANT ATLAS. Finxerunt Poëtæ, ATLANTEM, cuius humeris cœlum erat impositum, cum HERCULES ad ipsum venisset, ab eodem petiisse: ut levaret eum paulisper suo onere, atque id haud ægre impetrasse. Ergo PHILIPPUS, postquam non Belgium solum, sed paucis etiam diebus post, omnes provincias Hispanicas a patre traditas acceperat, eleganter HERCULI comparatur; qui ATLANTEM, id est, magnum Patrem CAROLUM,

omni reipublicæ regendæ onere liberaverit, ut hic per reliquum vitæ tempus otio se & quieti dare posset. LUCK. p. 177.

Tab.
XXXI.

XIV.

PHILIPPVS. D. *ei G. ratia* ET. CAR. *oli v. AVG. usti PAT. ris* BENIGNIT. *ate* HISP. *aniarum* REX. 1555. PHILIPPI effigies, ut priori nummo.

Aversa quoque pars precedenti haud dissimilis; quare nulla explicatione opus. Elucet tamen ex perigraphe partis adversæ eximia filii in patrem pietas, cui post Deum omnia regna sua accepta refert. *V. L. loc. cit. pag. 8.*

XV.

IMP. *erator* CAES. *ar* CAROLVS. V. *AVG. ustu*. Protome Cæsaris armata, ac insigni ordinis aurei velleris conspicua, capite laureato, & ad levam converso.

PHILIPPVS. HISPANIAR. *um* ET NOVI ORBIS OCCIDVI. REX. Protome Regis ut n. XIII. absque tamen ordinis aurei velleris insigni. CAROLUS solo Imperatoris titulo, qui ipsi adhuc debebatur, ornatus apparet; cum cessisset regnis hæreditariis, quorum titulos filius sibi vindicat. Quare & atas & occasio numismatis huius iconici in aprico est. Quod ad titulum: NOVI ORBIS OCCIDVI REX, pertinet, videri potest, quod infra ad num. LXXXVIII. notabimus. *Id. l. c.*

XVI.

PHILIPPVS. D. *ei G. ratia* HISPANIARVM. ET ANGLIÆ. REX. Protome Regis fere ut num. II.

In

Tab.
XXXI.

In averſa BELLEROPHON pegaso vectus, pugnans cum chimæra bicipiti, & caudam gerente, quæ in caput serpentis definit: faucibus beſtiæ haſtam ingerit, adiecto in peripheria ſymbolo: HINC VIGILO. & in ectypo apud VAN LOON, nec non in exemplo æreo nummophylacii Vindob. adſcriptus eſt annus: 1556.

Anno 1554. MARIA Anglica, EDUARDI VI. ſoror, matrimonio ſibi PHILIPPUM, ut diximus, iunxerat. Quod vero Angliæ Proceribus vehementer diſplicuit, atque ex iis tres primariæ auctoritatis viros, DUCEM SUFFOLCIUM, Thomam VIATUM, ac Petrum CARRUM, qui per triplex chimæra caput creduntur deſignari, eo deduxit, ut coniurarent de impediendo hoc connubio, ne regnum aliquando Hispanis cederet, atque ita religionis Reformatæ ſecuritati eſſet aliquid timendum. Contra id agebant, ut Iohannam GRAIAM, SUFFOLCHII filiam, quæ revera teſtamento EDUARDI heres regni ſcripta fuerat, & quæ Northumbrii Ducis filio nupſerat, regia dignitate ornarent. Sed minus proſpere res ſucceſſit; VIATUS enim, & SUFFOLCIUS defectionem una cum IOHANNA, licet ab iisdem ad id audendum metu inducta, & reliquis coniurationis ſociis capite luerant.

Ergo hoc nummo celebratur PHILIPPI opera, in detegendis ac tollendis coniuratorum confiliis, ac debellando rebellionis

TOM. II. P. I.

(a) SURIUS Commentar. rer. in orbe geſtar. ad an. 1554. LETI I. cit. p. 485. ſeq. & p. 491.

monſtro ſtrenue navata. Ita PHILIPPUS II. HISPANIARUM REX. numiſima explicat Clar. VAN LOON loco mox citando.

Sed animadvertendum tamen, dictos coniuratos non anno 1556. quem nummus præfert, ſed duobus annis maturius rebellionis ſuæ pœnas dediſſe (a), nec dici poteſt: nummum anno 1556. forte repetitum fuiſſe, aut eandem hanc notam temporis, quam averſæ exempli ænei, in gazis aula Vindobonenſis aſſervati, nec non ectypo laudati auctoris impreſſam eſſe monuimus, in mendo cubare; quippe, quod titulum Regis Hispaniarum, quem hic gerit PHILIPPUS, anno primum 1556. aut certe anno 1555. vertente, aſſumpſerit. Hinc nos emblema plane obſcurum aliis ſolvendum relinquimus.

Huius porro nummi typus apud LUCKIUM (b) ſimilis plane reperitur: niſi quod in illo facies Regis ad dextram ſit directa. M. Imp. æ. id. in arg. pond. 3. drach. & V. L. T. I. p. 10.

XVII.

PHILIPPVS. D. ei G. ratia HISPANIARVM. ET. ANGLIÆ. REX. Protome Regis fere ut num. II.

In poſtica pelicanus in nido, pectus roſtro perfodiens, ut pullos ſanguine nutriat; ſubiecto ſcuto, cui inſcriptum: PRO. LEGE. REGE ET GREGE.

Refert Cl. VAN LOON (c) hunc nummum inter eos, qui memoriam reſtauratae in Anglia religionis Catholicae ad poſteros tranſ-

(b) Syll. numm. p. 170.

(c) L. c. p. 10.

PHILIPPUS II.
HISPANIARUM
REX.

transmittere debuerunt, quod suo loco relinquimus. Nihil enim, quod iuvet hanc sententiam, ex ipsis nummi symbolis erui poterit. Fortasse pelicanus Regem debet indicare, qui hoc symbolo cives suos, omnem salutem, omnemque prosperitatem de ipso sperare iubet. *V. L. loc. cit.*

XVIII.

Nullum inter hunc, & priorem nummum discrimen, si formam excipias, quæ in hoc minor est. *Id.*

XIX.

PHILIPPUS ANG. LIC. FR. AN. CIA NEAP. OLIS (supple REX) PR. INCEPS HI. SPANIARUM. Caput Regis coronatum & ad lævam conversum: pone littera K. Titulum *Regis Angliæ & Franciæ* PHILIPPO per uxorem obtigisse, quamvis coronatus non fuerit, repugnante semper supremo Senatu Anglico, satis notum.

Aversa hanc inscriptionem, tribus lineis exaratam, & coronæ laureæ inclusam continet: FIDEI DEFENSOR.

Hunc quoque titulum Rex PHILIPPUS debet coniugi, quem nimirum HENRICUS VIII. MARIÆ pater, a Pontifice Romano meruit, scripto adversus LUTHERUM libro, & quem HENRICI successores servarunt omnes, uti adhuc servant. Cæterum hunc nummum inter Neapolitanos ego retulerim, in quibus FIDEI DEFENSOR appellatur sæpius, ut ex VERGARA constare potest. Annotasse mi-

hi etiam videor, in iisdem frequenter coronatum cum apparere; quod vero minus fit in nummis Belgicis. Immo nummus haud dubie cusus est, antequam regna Hispanica a patre acceperat; quia *Princeps tantum Hispan.* appellatur. *Id. l. c.*

Tab.
XXXI.

XX.

PHILIPPUS. D. EI G. RATIA REX. HISPANIA REX. BVRGUNDIAE. Pro- tome Regis armata, capite nudato, & ad dextram converso.

SEXTVS. ORDINIS AVR EI VELLERIS SVPREMVS (subintellige: *Magister.*) Vellus aureum expansum, solis radiis expositum, sub quo scriptus annus: 1556.

Acceperat PHILIPPUS cum Belgio Magistri Ordinis aurei velleris, qui terris scilicet Burgundicis inhæret, dignitatem. Quare ex Angliæ redux Antverpiæ celebravit festum accepti ante annum supremi Magisterii, simulque iure suo utendum ratus, creavit Equites XVIII. Quæ causâ eudendi huius nummi fuit. Illud singulare est ac mirum, quod *Regem* se Burgundiæ appellet. Quod eundem iure suo facere poterat, cum *Burgundiam* olim habuisse *Reges* sciamus; sic ut etiam CAROLUS *Audax* de renovando Regis titulo cogitaret.

Verum haud dubie error sculptoris hic latet, quod probat nummus subsequens, eodem anno cusus, & deleto *Regis Burgundiæ* titulo, in prioris locum substitutus. Quid enim opus erat, eundem typum statim

Tab. XXXI.

tim repetere? nisi id actum esset, ut error prioris corrigere-
tur. Simile sane exemplum habemus in nummo unciali, tempore *Vicariatus*, quem IOANNES GEORGIUS II. Elector Saxoniae, post excessum FERDINANDI III. Imp. anno 1557. gessit, percusso, cum perigraphe: DEO ET PATRIÆ. ubi cum per incuriam vox: DEO, pone posteriora equi, quo Elector vehitur, signata fuisset, idque Duci, ut par erat, indignum videretur, aliam *matricem* eodem anno fabricari iussit, nomenque Divinum decentiori loco, ut diligentissimus KOEHLERUS (a) notat, collocari. *Id. pag. 12.*

XXI.

Nummus haud diversus a priori, nisi quod faciem Regis sinistrorsum versam, & pro *Rege: Ducem Burgundia* referat.

XXII.

PHILIPPVS. D. *ei gratia* HISPANIA ET. ANGLIÆ. REX. Protome Regis armata, & insigni Ordinis aurei velleris conspicua, capite, tanquam Victoris, laureato & ad levam converso.

In averfa protome S. QUINTINI Martyris a fronte, cum nimbo in capite, eiusque singulis humeris, singuli clavi infixi sunt. Adscribitur in ambitu imaginis eius nomen: s. *antiquus* QUINTINVS. MARTIR. quod tamen in LUCKII, infra citandi, eçtpto, quam etiam in alio exemplo argenteo, in gazis Aulæ TOM. II. P. I.

(a) In Oper. sæpius laudato P. II. p. 106.

Vindobonensis asservato, abest. Reliquum areæ sequens inscriptio occupat: ANNO. MD. LVII. DEN X. TAG. AVG. *usti* WARD PHILIPPUS II. HISPANIARUM REX. DVRCHE KVNIG PHILIP ZV HISPANIEN VND. ENGELAND DER. FRANZOS. GESCHLAGEN. DER CONNESTABEL VND. BEST ADEL GEFANGEN VOLGEND DEN XXVII. DESSELBEN DIE STAT. SANCT. QUINTIN. MIT DEM STVRMB: EROBERT VND GEPLVNDERT.

Ex inscriptione hac, quæ nummum, eo quod germanico idiomate concepta sit, in his quoque regionibus fabricatum, atque honoribus Regis dicatum arguit: satis clara est eius occasio; bello enim, ob regnum Neapolitanum, inter Gallos & Hispanos orto, hi ipsos invaserunt hostium fines, & castra ad urbem S. QUINTINI moverunt, nihil tale metuentem. Galli cum succurrere obsessæ urbi conarentur, res venit ad prælium, quo victores Hispani, multis Gallorum caesis, discessere. Quo factum, ut obsidionem continuarent, urbemque tandem impetu caperent. *M. Imp. ar. minoris aliquantulum moduli, pond. 2. drach. excedentis. V. L. p. 17. LUCK. p. 183.*

XXIII.

PHILIPPVS. HISPANIARVM. REX. INVICTISSIMVS. Protome PHILIPP ut num. x.

IAM. ILLUSTRABIT. OMNIA. Apollo nimbo cinctus, currum circa orbem agit, dextra frenum tenens, sin. arcum.

Refert VAN LOON (b) hunc nummum ad annum 1558. qui ad omnem memoriam insignis est

S 2 (b) l. l. c. p. 21.

PHILIP-
PUS II.
HISPAN-
NIARUM
REX.

est victoria, per Comitem EG-
MONDANUM prope *Gravelingam*
reportata de Gallis, qui, dimif-
fa a Rege PHILIPPO, ob anno-
næ caritatem, magna exercitus
parte, in Belgio passim palabantur,
crudeliter omnia vastantes
ac diripientes. Sed ut verum
fatear, præter *Inviçtissimi* titu-
lum, qui PHILIPPO tribui sem-
per potuit, nihil adest in num-
mo, quod de veritate huius ex-
plicationis nos posset convince-
re. Supra num. x. habuimus
nummum, anno 1555. cufum,
huic nostro prorsus similem, ni-
si quod ibi desit *Inviçtissimi* ti-
tulus, & partis posterioris figu-
ræ sint inversæ. Quare utrius-
que huius nummi haud dissimi-
le argumentum videtur. *V. L.*
p. 21. LUCK. p. 185.

XXIV.

Stella fulgens, supra quam
corona, adiecta perigraphæ:
MONSTRANT. REGIBVS. ASTRA.
VIAM.

In postica cypressus inter no-
tam chronologicam: 1558. ad-
dito in peripheria lemmate:
†* AEQVITAS* AEQVALITAS***

Hoc anno die XIX. Dec.
summa cum pompa, ut par e-
rat, iusta BRUXELLIS persequit
PHILIPPUS patri, in monasterio
S. IUSTI die XXI. Sept. defun-
cto, & quo diutius servaretur
memoria anni, qui beato Imper-
atori fatalis fuerat, eum hoc
monumento consecravit. Ad-
luditur autem stella coronata,
in averfa nummi parte depicta,
ad Cometam illum, qui diebus
aliquot, tanti herois obitum

(a) De bello Belg. Dec. 1. Lib. 1. p. m. 9.

præcedentibus, in cælo apparuit,
atque ipso die, quo CAROLUS
vivere, ille videri desiit, ut
STRADA memorat (a). Quan-
quam fatendum sit, stellam
hanc, monetarii forte incuria,
haud crinitam esse. Cypressum
luctus signum esse, vix neces-
sarium monere. Quod ad in-
scriptionem: AEQVITAS AEQVA-
LITAS, pertinet, Clar. VAN
LOON recte, ut mihi quidem
videtur, docet: ea ad *equita-
tem* mortis respici, quæ summos
infimosque *equaliter*, sine ullo
ad personarum dignitatem respec-
tu, rapiat. *V. L. p. 23.*

XXV.

PHILIP. *pus* D. *ei* G. *ratia*
HISP. *aniarum* REX. *z. i. e. ꝰc.*
Protome PHILIPPI ut n. XXII.
omissa tamen corona laurea.
Apud VAN LOON dextrorsum
convertitur, ubi & aliam peri-
graphen præfert: PHILIPPVS
HISPANIAR. *um* ET NOVI ORBIS
OCCIDVI REX.

In postica templum IANI
clausum, ante cuius fores figu-
ra muliebris stolata & laureata
stans, seu Dea pacis, dextra
armorum acervum face accen-
dit, sin. cornucopiæ tenet. Apud
VAN LOON figuræ alio situ
comparent. Perigraphæ nostri
exempli sic sonat: PACE. MA-
RE. TERRAQVE COMPOSITA. Me-
lius apud VAN LOON: PACE.
TERRA. MARIQ. *ue* COMPOSITA.
Apud eundem in exergo nota
chronologica: M. D. LIX. expri-
mitur.

Bello tandem composito, &
pace inter Gallos & Hispanos
resti-

Tab.
XXXI.

a

Tab.
XIII
us
ut
an- a
lam
um
ccf.
in-
VA-
AN
lem
ta-
nos
llo
pe-

tia
sc.
ul.
rea.
um
ri-
pvs
lis

ANT
gu-
ata
tra
en-
A-
litu
ftri
ta-
le-
E.
A.
ota
ri-
&
nos